



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCLXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

Hanc regulam limitat duobus modis Matthæ. de Afflicis in ca. 1. in §. adoptiuus, nu. 3. si de feudo defuncti contentio sit inter domi & agna, Vafal. in vsibus feud.

REGVLA CCCLXII.

FILIUS repudiata hereditate non potest retinere feudum hereditarium. Hanc regulam probat tex in c. 1. in fine, an agnatus vel filius defuncti possit retinere feudum, in vsibus feudo. & ibi doctor, præcipue Matthæ. de Afflicis. vbi hoc notabiliter declarat, & tradit materiam huius regulæ, numero. 1. Facit etiam tex. in cap. 1. in §. filius. de capita. qui curiam vendidit, in vsibus feud.

Hanc regulam limitat quinque modis Matthæ. de Afflicis. in d. c. 1. a. nu. 32. vsq; ad nu. 38. Eandem regulam limitat decem modis Vldaricus in tract. feudo. in 8. par. a nu. 9. vsque ad nu. 26.

REGVLA CCCLXIII.

FILIO viuentē patre in bonis feodalibus habet vsufructum. Hanc regulam, vbi plura pro ea adducit, ponit Fran Curt. Iunior in tracta. feudorum, in 3. parte, questio. 4. numero 46. per tex. in cap. 1. de fratribus de nouo inuesti & ibi docto. in vsibus feudo. & alia de quibus ibi per eum.

- 1 Limita primo, nisi feudum esset concessum a principe, quia tunc patri nihil acquiritur, quemadmodum in omnibus aliis bonis acquisitis a principe, iuxta l. cum multa, C. de bonis que liberis. Ita tenet Curtius Iunior in d. tract. nu. 47.
- 2 Limita secundo, nisi esset feudum dignitatis coherens persone feudatarij, quia nihil acquiritur domino. Vt in l. 3. in §. si quid. ff. de minoribus, & ita etiam tenet Curt. Iun. in supra dicto loco.
- 3 Tertio limita, nisi feudum esset acquisitum in castris, virtute armorum, puta quia Vafallus fuisset cum domino in castris, & illo respectu acquisiuisset, quia tunc non magis acquiritur vsufructus que admodum in aliis castrensibus. Ita formaliter limitat Bal. in l. cum oporteat, nu. 18. C. de bonis que liber. ex cuius verbis inferuntur etiam alię duę præcedentes limitationes.

REGVLA CCCLXIIII.

FILIO intestato ac sine liberis vel fratribus defuncto, succedunt parentes. Hanc regulam probat tex. in l. in successione. & in Auth. defuncto. C. ad Tertullia. & in Auth. de hæredibus ab intestato venientibus, in §. consequens. & in §. sequenti, colla. 9. De iure regio est tex. in l. 4. titulo. 13. parte 6. Circa quam regulam vltra doct. in l. 6. & 7. Tauri, vide D. de Couattu, in rubri. de successio, ab